



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Thesavrvs Casvvm Conscientiæ**

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisqve  
Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

**Sayer, Gregory**

**Venetiiis, 1627**

xx. De p[o]ena degradationis, seu depositionis, & Curiae seculari  
traditionis. Quid sint, & a quo p[o]enae istae infligantur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13883**

pore cessationis licita, vel illicita sunt, hæc dicta sufficiant.

**17** Quoad pñas verò iniuste cessationem imponentis communis DD. intentia est, sic iniuste cessantes, eo quod non seruarunt conditiones superioris cap. 18. traditas, & similiiter quando causa propter quam cesserunt non est reperta canonica, & sufficiens, sive sit Episcopus qui cessavit, sive Canonici, tenentur restituere omnia damna illata, & interesse seu lucrum cessans lessis, vt Canonicis, qui parati erat assistere officijs, & per iniustum cessationem impediuntur, restituere debent distributiones; & similiter alijs Clericis satisfacere tenentur pro stipendijs Missarum, & officiorum, quæ lucrati essent, nisi impediti fuissent. Quid si sic iniuste cessans beneficiarius fuerit, non acquirit sibi pro eo tempore fructus, sed eos restituet Ecclesiæ, in qua cessatum est, ad arbitrium superioris, vt in utilitatem Ecclesiæ illius, & diuinij cultus, cui debitum seruitum ablatum est, aut in pauperum necessitatem convertantur, immo etiam ultra prædicta tenentur satisfacere Ecclesiæ pro iniusta irrogata ei ad arbitrium superioris, & etiam alteri parti sumptus restituere; Quæ omnia colliguntur ex ea, si Canonici, de offic. Ordin. lib. 6. Et quamvis d. cap. si Canonici, loquatur solum de Capitulo Canonorum sic iniuste cessationem imponentium, secundum Geminianum tamen ibi, & Angelicam, in verbo, Cessatio, num. 1. & Sylvest. verbo, Cessatio, num. 4. qu. 3. & q. 4. idem erit dicendum de alijs, qui cessationem iniustum imponunt, & in his etiam præter Angelic. & Sylvest. cit. conuenient Summa Astenis, par. 2. lib. 7. tit. 16. art. 8. Tabiena, verbo, Interdictum, num. 7. §. Sexto. Sotus, 4. d. 22. q. 3. art. 2. in fine, ver. Tenetur præterea, Toletus lib. 1. c. 23. vers. Septimo, & Henriquez libro 13. de exc. & interd. cap. 5. 2. §. 3. & est communis DD. 8. opinio, & doctrina. His addo, quod datur Ecclesiæ, cui competit hæc restitutio, actio contra huiusmodi iniuste cessantes, quæ actio, quia non est in iure expressum in quo genere actionis sit, merito dicitur *Condicio ex lege ff. de condic.* ex leg. vnica, & tradit glossa, in cap. liberum, in verbo, Beneficia, de seculi. in aniq. & glos. in c. si canonici, in verbo, restituent, de offic. Ordin. lib. 6.

**19** Quoad dantes causam cessationis iniuste, communis est DD. opinio, Quid qui dederunt causam iuste cessationis, post monitionem tenentur ad omnia damna, & interesse Clericis, & Canonici illius Ecclesiæ, in qua cessatum est, & ad aliquam satisfactionem alsimandam arbitrio superioris, scilicet Papæ, & in diuini cultus augmentum conuertendam, ex d. c. si Canonici, de offic. Ordin. lib. 6. Summa Astenis, par. 2. lib. 7. tit. 16. art. 8. Angelica, verbo, Cessatio, num. 2. Sylvest. verbo, eod. q. 3. Soto, 4. d. 22. qu. 3. art. 2. ver. Tenetur præterea. Toletus lib. 1. c. 23. vers. Septimo, & Henriquez libr. 13. c. 5. 2. §. 3. in fine, Anton. Cucchius lib. 4. iii. 13.

**20** Aliæ pena etiam constituitur contra eos, qui iustum cessationem a Diuinis violent, scilicet excommunicatio, cum hac tamen differentia, si enim cessatio sit particularis etiæ si sit Ecclesia Matrix, eam violans non incurrit excommunicatione, sive secularis sit, sive Regularis. Ratio est; quia violatio censorum excommunicationem inducit, cessatione autem particularis a Diuinis non equiparatur. Interdicto, ob cuius violationem incurrit excommunicatio. Sin autem cessatio generalis sit, imposta ab Ordinario loci, vel a Sede Apostolica, vel a Concilio Provinciali, aut ab alio quocunque auctoritate habente, si eam feruer Ecclesia Cathedralis, vel Matrix, seu Parochialis loci, Religiosus etiam exceptus eam violans ipso facto excommunicatio nem incurrit, vt habetur in Clem. 1. de sent. excom. Sylv. verbo, Cessatio, q. 5. Angelica, verbo, Cessatio, in princ. Soto, 4. d. 22. q. 3. art. 2. ver. de penit. auera. Marco Antonio Cucchio libt. 4. Inst. Iuris Canonici tit. 13. & Henriquez lib. 13. de exc. & interd. ca. 5. 4. §. in nullo tamen casu irregularis efficitur, vt latius in c. 17. ex communitori DD. sententia comprobauimus.

De Pœna Degradationis, seu Depositio-  
nis, & Curæ seculari traditionis,  
Quid sint, & a quo pñæ istæ  
infligantur. Cap. XX.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Iuris Canonici, & Civilis circa delicta punienda quadam discrimen.*
- 2 *Pœna Canonice quomodo ad pñas Civiles comparatur.*
- 3 *Degradatio suspensio, & depositio, aliquando pro eodem accipi solent.*
- 4 *Suspensio priuationem legitimæ executionis ordinis, vel officium, cum spe dispensationis importat.*
- 5 *Depositio priuationem executionis legitimæ officiorum, & beneficiorum simpliciter, & ex rotu importat.*
- 6 *Degradatio, & legitima executione officiorum, & beneficiorum, & utroque privilegio Clericali priuat.*
- 7 *Degradatio qualiter ab irregularitate distinguatur.*
- 8 *Degradatio quid propriæ sit.*
- 9 *Degradationis pena soli Ecclesiæfici coerei solent.*
- 10 *Degradatio est duplex, Verbalis, & Actualis, & quid utraque sit.*
- 11 *Degradatio verbalis, & actualis qualiter inter se differant.*
- 12 *Depositus solum verbaliter priuilegio Canonis fruatur.*
- 13 *Depositus verbaliter tantum gaudet priuilegio fori.*
- 14 *Depositus tantum verbaliter, Iurisdictioni Ecclesia subiicitur.*
- 15 *Depositus solum verbaliter, quibus in casibus, sine Iudicis prævia declaratione, per Iudicem secularum puniri possit.*
- 16 *Degradatus actualiter, utroque priuilegio tam fori, quam Canonis priuatur.*
- 17 *Depositio verbalis certum numerum Episcoporum requirit, non actualis.*
- 18 *Degradandi potestas ad Episcopum, eiusque superioris olim pertinebat, hodie autem etiam Vicarius generalis Episcopi Clericos deponere potest.*
- 19 *Episcopus, an electum in Episcopum, qui renuncianit Episcopatu, deponere possit.*
- 20 *Episcopus ordinatum Subdiaconum a Papa deponerem quæquit.*
- 21 *Episcopus ordinatum ab inferiore de licentia Papa aude poneare possit.*
- 22 *Degradandi potestas an Iurisdictionis, vel ordinis sit.*

**1** Irca has, aliasque pñas irre Canonico contra delicta quæ sunt inflictas, ante omnia diligenter obtemperandum est discentem inter ius civile, & ius Canonicum circa delicta punienda: Nam quædam sunt crimina capitalia, ob quæ iure civili imponitur pñna Capitis; Quædam vero non capitalia, quæ pñna pecuniaria puniuntur, de quibus habetur in l. 2. ff. de publicis iudicis. Iure vero Canonico ob nullum crimed etiam enorme, pñna capitii aut saquinis imponitur, c. cum non ab homine, de Iudic. & capi. sententiam. Ne Clerici vel Monachi, & tradit Io. Bernard. Diaz in Pract. Crim. Canon c. 133.

**2** Pñng vero Canonice ha sunt. Excommunicatio, Suspensio, Interdictum, Cessatio a Diuinis, Degradatio, Depositio, & Curæ seculari traditio, quæ pñna secundum Spe.

Specul. tit. de accusat. §. 2. ad poenas ciuilis sic comparantur. Excommunicatio enim, comparatur Interdictioni aquae, & ignis, in cuius locum iure ciuili succedit. Deportatio, &c. ad paenit. Suspensio temporalis equiparatur Regestioni. Deposito perpetua. Deportationi. Degradatio. Capitis diminutio cap. Qualiter. 6. & ibi Panorm. numerus accusat. Traditioni curiae seculari succedit pena minoris ex Innoc. d.c. Qualiter. 22. column. penit. lo. Bernar. Diaz in Præt. Crim. Canon. c. 1. 33.

Er quamvis Degradatio, Deordinatio, Suspensio, & Depositione, nonnunquam adiuicem confunduntur, & sumi-  
deutur pro eodem, v.r.d.c. Sacerdos, c. Dicendum est sc. clerici s.  
eccl. Archidiaconus, & alibi sepe s. & Summa Asten. par.  
2. libro 7. tit. 17. art. 1. S. Anton. 3. par. tit. 28. de Suspensi-  
one, capitulo 4. ante finem. Sylvestr. verbo, Degradatio, in  
princip. Simon. Maiol. libro 3. de Irreg. cap. 22. nume. 1. de 29  
tunc Nauar. in Manual. cap. 27. nu. 192. vers. Quinto da  
co. Henriquez libr. 1. 3. de excom. & interd. capi. 3. 5. 5. 1. & c  
colligi potest etiam ex capi. Clericus 1. & eccl. Clericus 2. di-  
stinctione 46. quatenus scilicet lata acceptio conuenient  
in quadam significacione, & proutatione legitime executio  
of officiorum ordinum &c. Si tamen proprio consideren-  
tur inter se differunt. Nam Suspensio importare videtur  
proutationem executionis legitime ordinis, vel officij Eccle-  
siastici simpliciter, vel ad tempus, & cum spe dispen-  
sationis que, quandoque a iure, quandoque a iudice infertur.  
Dispositio autem proprie importat proutationem executio-  
ni legitimis officiorum, & beneficiorum Ecclesiasticorum  
simpliciter, & ex toto, absque spe restitutio, retento ta-  
nquam virtute priuilegio, tum Canonicis si quis suadente, r.  
q. 4. tum furtita, vt conuenient non possit in iudicio se-  
culare, nec capi, nec puniri laicis, & sic per sententiam ho-  
minis. Degradatio autem propriè prout executione legitimis  
officiorum, & beneficiorum Ecclesiasticorum simpliciter,  
& ex toto, absque spe restitutio, & virtute Cleri-  
ci priuilegio tum fori, tum Canonicis priuata, & sic cum  
quadam solemnitate, de qua circuendo depositus. libro 6.  
v. S. Anton. Sylva. vbi si. pre. & Sebastianus Medicus, par.  
1. Summa. titulo 9. Quæst. 2. tradidit post Panormum cap.  
common ab homine ille iudic. ferè per totum. Ex quibus  
distincione inter se differre, & depositionem quid superioris  
est degradationem, si quidem omnis degradatione est  
depositio non tam ex contra omnis depositio confertur  
degradatio. Qibus addi potest Degradatio ex ab irregu-  
lantia etiam differre. Quia irregularitas superuenient  
ordinis, nec titulo, nec fructibus beneficij priuata ex in-  
nocencia nostris, de concess. preb. Feliu. in c. inquit si io  
nus de ecclesia. Nauar. in Manual. capitulo 27. numer. 251.  
Henriquez libr. 13. capitulo 35. §. primo, degradatio autem  
virtutique solvit. Irregularitas etiam ipso iure tantum in-  
currit, & qui de iust. ext. lib. 6. & absque solemnitate,  
degradatio autem nunquam infertur ipso iure, sed ab ho-  
mino, vt testatur Henriquez vbi supra post Summa Asten.  
temp. par. 2. lib. 7. tit. 17. art. 2.

Ex quoib[us] omnibus colligi potest hec degradationis  
definitio, quam ibi ponunt Henriquez, & Medicus. [ Degra-  
datio est pena Ecclesiastica, qua vir Ecclesiasticus pri-  
uata omnino exactione ordinis, & beneficij administratio  
ante, & omni priuilegio Clericali, iabsque spe restitutio-  
ne, & cum quadam solemnitate ] Quod definitio ex dictis  
manifesta est. Dicitur enim pena Ecclesiastica utpote, que  
is alijs personis Ecclesiasticis fieri potest, in modo censetur ei-  
us peccatum grauiissima, cum ultra hanc aliam maiorem. Eo-  
debet intelligere neque ait argum. cap. cum non ab homine,  
de iudic. Simon. Maiol. libro 3. de Irreg. cap. 22. nume.  
to quanto, & quia semel degradatus, perpetuo depositus  
et glos. in cap. Si lapsis, in verbo, Non statim, dist. 30. &  
glos. in cap. Ideo, in verbo, ac restitutio, 2. quæst. 6. &  
fiancato capit. Qui senset, & capit. presbiterum, & cap. perue-  
nit. dist. 3. & cap. Si quis Clericus, dist. 81. Decius in cap. At  
si Clericus, N. tab. 5. de Iudicis, & a solo Papa restitui pot-  
est, & glos. in cap. consummatis, in verbo, Dignitatemque,  
aut. so. & facit capitulo primū, in fine, de penit. distin. 6.  
Archid. in cap. Clericus, 2. distin. 45. & in d. cap. contumacia  
Angelicæ, verbo, degradatione, numero 5. Summa Asten

sis par. 2. libro 7. titulo 17. articulo 5. & citat. Hostiensem in  
cap. Clerici, vbi etiam Panor. munier. 3. de Cler. excommuni-  
cacione. Sylvestr. verbo, degradatione, quæst. 9. S. Anton.  
3. parte, titulo 2. 8. de suspensi. cap. 4. ante finem. Gregorius  
Thosfanus in Syntagma Iuris, par. 15. libro 3. 1. capitulo  
30. numero 8. Alphonse Viualdis in suo Candalabro au-  
reo, p. 3. tract. de depositione, & degradatione, numero  
5. Simon. Maiol. libro 3. de Irreg. cap. 22. numero 5. Hen-  
riquez libro 13. cap. 55. §. 4. Dicitur / in Ecclesiastico Quia  
soli viri Ecclesiastici haec pena coercent possunt; & hac pena  
omnes Ecclesiastici, non soluer in maioribus ordinibus  
constituti, sed etiam in minoribus, puniri possunt; nam  
hæc Clericus constituti sit in minoribus, & nullumns tam  
men capax est sententia depositionis, seu degradationis,  
vt notat Anton. in cap. Ac si Clerici, de iudic. Barbat. in c.  
cum non ab homine, colum. 2. de iudic. Panorm. ibidem,  
numero 3. & in cap. si quis presbiter, numero primo, de  
Cler. excommun. ministr. Specul. in titulo, de dispensat. §.  
ixxt. Versic. Quid si Diaconis. & versic. seq. Arnald. Al-  
bertinus in repet. c. Quoniam de heret. libro 6. versic. No-  
ta quinto. Bernard. Diaz in Præt. Crim. Canon. capitulo.  
132. Simon. Maiol. libro 3. de Irreg. capitulo. 22. numer. 4. &  
Henriquez libro 13. capitulo. 55. §. secundo, & §. 3. & pro  
haec re faciunt capitul. fin. dist. 24. & cap. Episcopus presbi-  
teri. 14. quæst. 3. & cap. 5. quis Episcopus. 27. quæst. 1. & cap.  
2. idem Cler. excomm. ministr. Reliqua in definitione posita  
satis manifesta sunt, & proinde in presentiarum omitten-  
da.

10 Est autem degradatione duplex via verbalis, Altera actio-  
nis: Verbalis est illa, que per sententiam priuata tabulari ex-  
equitudo executione ordinis, & graduum Ecclesiasticorum,  
& diei soleat depositio. Cum enim Ecclesia declarat aliquem  
a Clero exclusum esse ex hoc dicitur depositus; solebat en-  
tia Ecclesia primaria viuensum Clericum catalogo in-  
scribere, a quo si quis dependentus erat, elebatur, ut con-  
stat ex Concilio Agathensi Can. 1. Vgol. & Athidin. capit.  
Controvers. & ibi glo. in verbo, in matricula, dist. 30. & c.  
Nomina, & ibi glo. in verbo, vel supprimere, 11. quæst. 1. & S.  
Augustino Epist. 137. Summa Asten. par. 2. lib. 7. titulo 17.  
articulo 1. in fine. Simone Maiol. libro 3. de Irreg. capitulo.  
22. numero 6.1. Actualis, quæ degradatione dicitur, est execu-  
tio depositionis verbalis, sicut etiam traditione curie secula-  
ris executione est actualis depositionis, seu degradationis, de  
cetera actuali degradatione agitur in capitulo. Nonnus, de  
verbis signific. Hanc divisionem tradunt communiter DP.  
& Panorm. in ea. Qualiter & quando num. 10. de accu-  
sat. & in ea. At si Clerici §. de adulterijs, numero 14. de in-  
dic. vbi etiæ glo. in cap. Ideo, in verbo ac restitutio, 6.  
2. quæst. sexta Specul. in titulo de leg. §. Nunc ostendem-  
dum, vers. Notio. Angelica in verbo, Degradatio in prin-  
cip. Sylvestr. verbo, Degradatio, numero 1. Tabiena, cod. nu.  
1. & numero 2. §. Primo. Simon. Maiol. libro 3. de Irreg. c.  
22. nu. 1. & Henriquez libr. 13. cap. 55. §. 3. Alphonse Viualdi.  
vbi supra, no. 4. & 5.

Differentia autem haec duæ inter se;

11 Primo, Quia depositio verbalis significat tantum pri-  
uationem honoris, & dignitatis; Degradatio autem actio-  
nis in foro Ecclesiastico idem valeret, quod in foro seculari sepa-  
ratio animæ a corpore, ex Ioan. Andri. & DD. in c. ut inqui-  
stitionis officium, colum. 1. de heret. libro 6. Feliu. in cap. In  
nonnullis. vertic. in glo. fina. de Iudicis. Simo. Maiol. lib. 3.  
de Irreg. cap. 22. nu. 2. & Alphonse Viualdi, in Candebab.  
par. 3. tract. de deposito. & Degrad. nu. 7.

12 Secundo verbaliter depositio adhuc fructus prioriuglio  
Canonis, 17. quæst. 4. capitulo. Si quis suadente, & ideo em  
percutiens est excommunicatus, glo. in cap. degradatione in  
verbo, prioriuglio Clericale, de pecc. libro 6. Innoc. in cap.  
Ex parte, de Cler. coning. hab. tabulari tamē portare debet,  
& in omnibus Clericis utriuslibet, cap. Dicendum est m. &  
ibid. glo. in verbo, seculariter, dist. 81. Panorm. in cap. ad  
abolendim, numero 11. de heret. & in cap. Nomina, nuntiatio  
2. de verbis signific. Angel. verbo, Degradatio, inducitur.  
Sylvestr. verbo, eod. quæst. 6. Tabiena, verbo, degradatione,  
numero 2. §. Primo. Nauar. in Manual. cap. 27. nu. 8. Al-  
phonse Viualdi. vbi supra, num. 6. & num. 38. Greg. de Va-  
lentia

lentia tomo 4. Disputar. 7. Quest. 19. Puncto 4. Seba. Medic. par. 2. Summa; titulo 9. Questio. 24. Toletus libro 1.c. 17. & Henriquez libro 13. cap. 55. §. 3. Quod tamen limandum est ex Panor. id c. ad abolendam, & alijs cit. nisi post verbalē sequatur incorrigibilitas, quia tunc licet percuti potest, & absque alia traditione comprimi posset per indicem secularem. Eademque ratione sic verbaliter depositus gaudet priuilegio fortis, ut locis citatis DD. docent, quod intelligitur nisi sit incorrigibilis, siquidem inueteratus, & incorrigibilis Clericus potest ipsius iure comprimi a iudice seculari abique alia degradatione actuali.

14. Illud tamen obseruandum est, quod cum Clericus verbaliter solum, depositus sit de Iurisdictione Ecclesie, ex Panorm. in cap. ex parte numero 3. de Cler. coniug. potestas haec super deposito incorrigibili exerceri non potest a Iudice seculari; nisi Index Ecclesiasticus declarat eum incorrigibilem, quem etiam declarare potest illo non citato ne fugiat. Quia etiam doctrina traditur a Panorm. in cap. Cum non ab homine, numero 29. post Cardin. ibi, de iudic. & Innocentia capitul. 1. de homicid. libr. 6. & Aret. in d. cap. Cum non ab homine, colum. 5. & Felin. ibidem, colum. 5. & ad eodem Felin. in capit. Rodulphus, colum. 35. de Re script. Dom. in ca. Non licuit. d. 17. Bernard. Diaz in Pract. Crimin. Canon. ca. 131. in fine. Simone Matolo, libro 4. de Irreg. c. 26. num. 4. Gregorio Tholofano in Syntagm. libt. 3. l. ca. 30. numero 6. & Alphonso Vinaldo, loco citato, nu. 31. & 32.

15. Sunt tamen quedam crimina ob que (ut infra scripti auctores tradunt) post verbalem depositionem, ante realem degradationem, Clericus sic depositus, etiam sine previa Iudicis declaratione, puniri poterit per iudicem secularē, vt si esset assassinus, faciens aliquem Christianorum interfici per assassinio, vel mandans, & multo magis si ipsem talis esset argum. cap. 1. de homicid. lib. 6. & Lapus ibi, & Domin. ibi in fine. Barbar. in capit. At si Clerici, de iudic. colum. 32. num. 129. Iordan. Lupus in tract. de libertate Ecclesiastica, quest. 9. & latius Arnald. Albert. in Repet. in ca. Quoniam, in colum. 1.48. verific. Octavo, & ultimo fallit, com 11. colum. seq. Iordan. Diaz in Pract. Crim. Canon. capit. 91. & faciunt que docet Couat. in Clem. Si furiosus, par. 2. initio relect. numero 9. de homicid. & expresse Henriquez libro 13. capit. 55. §. 3. Idem si esset reus lese maiestatis, aut alijs criminibus enormibus se immisceret, 16 argum. eorum que tradunt glos. in capit. Perpendimus, in verbo, Cogantur, & ibi Panor. nume. 6. & 7. & alij, quos referit, de sent. exc. Quorum opinio cautē, & non nisi vbi periculum esset in mora, practicāda est. At vero degradatus realiter, utrumque priuilegium Clericale tam Fortis, quam Canonis amicitia.

17. Tertio, Depositio verbalis certum numerum Episcoporum requirit, non sic actualis degradatio, vt notant Panorm. in capit. Qualiter, & quando, numero 10. de accusat. & Gemin. in cap. 2. de penit. libro 6. Tabiena, verbo, Degradatio, in princip. Sylvestr. verbo Degradatio, numer. 1. in fine, & nos in sec. uenitibus virtusque formam trademus.

8. Hac autem deponendi, vel degadandi potestas ad Episcopum iure antiquo pertinebat, vel eius superiores, nō autem ad Episcopo inferiores, cap. 2. de penit. libro 6. & facit glos. in cap. cum & plantare, §. in Ecclesiis, vero, in verbo, pleno iure, de priuileg. Summa Asten. par. 2. libro 7. titulo 17. articul. secundo, Alphonsum Vinald. tract. de depositione, & degradatio. numero 9. Toletus libro 1. capitul. 17. & Henriquez libro 13. capitul. 55. §. 2. in Annot. in litera G. Immo vero nec a Cardinali Legato a latere deponi potest Episcopus sua prouincie, nisi id specialiter in suo priuilegio contineatur ut colligunt DD. ex capi. inter corporalia. Sicut ergo Episcoporum, de translat. Episc. & expresse tradit Summa Asten. par. 2. libr. septimo, titul. 17. articul. 2. & constat ex Conc. Trident. Sess. 24. de Reformat. capitulo quinto. Multoque minus posit Legatus Missus non Cardinalis Episcopum deponere. Addit tamen Summa Asten. vbi supra presbiterum tam a Legato, dummodo sit Episcopus, quam etiam ab Episcopo deponi posse, concurrentibus alijs, que ad eius deposi-

tionem requiruntur, nimurum, si adit legitima causa, in ordine seruato, & reo de crimen conuictu. Dixi hanc in antiquo solum Episcopum, eiusque superiores deponere posse, quia hodie ex declaracione Concilij Tridentini Session, 13. de Reform. capit. 4. etiam Vicarius Generalis Episcopi in spiritualibus verbaliter Clericos deponere potest, ut etiam annotant Alphonsum Vinald. vbi supra, numero 9. Toletus libro 1. ca. 17. Quae autem crimina depositionem, vel degradationem inducant, capit. sequenti dice mus.

19. Dubium vero esse potest, an Episcopus deponere possit electum in Episcopum, qui renunciavit Episcopatu, & retinuit beneficium primum? Respondeat Summa Asten. par. 2. libro septimo titul. 17. articul. secundo, question. 2. post Ioan. Andr. quem refert. & Alphonsum Vinaldus loco superius allato numero 19. non posse, & hoc in memoriam pristinæ digitatis, ff. de Decurion. leg. vi. & manime facit pro hacce cap. inter corporalia. §. Sicut enim Episcopus, versic. Unde cum non sit. de translat. Episcop. cum tamen sit eius subditus, poterit eum iudicare, argument.

20. cap. ad supplicationem, de renuntiat. Sicut etiam ordinatum Subdiaconum a Papa, Episcopus quamvis cum iudicare possit, cum sit subditus suus, deponere tamen nequit, sed causam instructam ad Papam mittere debet, sic glofina ea. Pertuas. in verbo, Subdiaconatus, vbi Panorm. numero 2. ait esse communem DD. de maior. & obed. & ibi Vinc. Host. Ber. & DD. in cap. cum in distribuendis, & ibi Iacob. qui ait, nec posse perpetuo suspendi ab illo Ordine per inferiorem. & Ioan. Andr. de temp. ordin. & Summa Asten. par. 2. libro 7. titulo 17. articul. 2. quest. 3. & Alphonsum Vinald. vbi supra, numero 20. Ratio eorum est; quia finis potest ordinari per inferiorem in fine licentia Papæ, ut in capitul. cum in distribuendis, de temp. ordin. a fortiori nec deponi potest; Quam sententiam Panorm. d. cap. per me aequorem esse dicit, & seruandam ob reuerentiam Romani Pontificis, ipse tamen contrarium opinionem cum glof. in cap. filium vestrum, in verb. Non habet, i. quest. & Vogolin. sequitur, deponi posse ab Episcopo non solum beneficio sed etiam ab ordine, ex delicto superueniente; Crimen enim priuat quem priuilegio, citaque ad hoc priuilegium, ii. question. terria. & Authent. Quia in proxim. C. vbi de crim. agi. oport. Nec obit, quod non potest eum ordinare sine licentia Papæ, quia ibi non concerit causa criminis, vt hic in casu nostro. Et quia priuilegium est stricte interpretandum, quod cedit priuilegium aliorum, arg. c. ex parte de Decim. Igitur interpretatione fieri debet, vt ille possit deponi. Hec Panorm. ibi cuius opinio valde probabilis est maxime quando crimen superuenienti enorme esset; prior tamen opinio est communior, & iuranda, vt ipsem Panorm. fatetur, propter reuerentiam Romani Pontificis.

21. Sed dubitati potest de eo, qui de licentia Papæ recipit ordinem ab inferiore, an hic ab eodem deponi possit? Respondent Hoffiens. & Panorm. in d. capitul. per tuas. secundo de maior. & obed. & Fel. ibidem, & notatur in margine illius loci, posse; Quia priuatus est primo priuilegio; siquidem recipiendo ordinem ab inferiore, illi priuilegio renunciase videtur, arg. c. cum regnatur, §. 2. &

22. His omnibus addi possunt hac duo vnum est; Quodcum cut nemo seipsum excommunicare potest, ita nemo ipsis deponere valet, glos. in capitul. Nunc autem, in verbo, Marcellinus dist. vigesima prima & est communis DD.

23. Secundum eft. Potestare deponendi a beneficio, & officio Ecclesiastico esse potestatem Iurisdictionis, de potestate uero ab ordine pertinere ad potestatem ordinis, ex communis DD. sententia, in c. Transmissam, & ibi glof. in verb. de talibus, de electione.